PRĘFIXI DIES SIN
gulis ab inter na di p̄sentia
nec augeri possunt nec minui.
nisi contingat ut ita presciant̃
ut aut cum obtimis operib; lon
giores sint aut cum pessimis brevi
ores; sicut ezechias augmentum
dierum meruit in pensione lacri
marum. & sicut de perversis scribtũẽ.
Indisciplinatis obviat mors.
Omne quod secundum p̄sens saeculũ
laboramus vix usque ad mortem suf
ficit. mors namque interveniens
fructum nostri laboris abscidit.
quod vero pro aeterna vita agitur
& iam post mortem servatur; & tunc
apparere incipit cum laborum
carnalium fructus coeperit non vi
deri. Ibi ergo illa retributio inchoat.
ubi ista terminatur. horam nobis
ultimam dñs noster idcirco voluit
esse incognitam, ut semp possit ẽẽ
suspecta. ut dum illam p̄videre non
possumus ad illam sine intermissione
p̄paremur; quia venturę mortis
tempus ignoramus, & post mortem
operari non possumus. supẽ ut ante
mortem tempora indulta rapiamus.

Sic enim sic mors ista cum venerit vin
citur. si prius quam veniat semp timet̃.
Redemptor noster suscepit mortem,
ne mortem timeremus. Ostendit resur
rectionem, ut nos resurgere posse con
fidamus. Unde & eandem mortem non
plus quam triduanam esse voluit, ne si
R in illa resurrectione differetur in nobis
omnimodo desperaretur. Nos p mortem
carnis usque ad finem mundi remane
mus in pulvere. xp̄s autem die tertia
ab ariditate mortis revixit, & divini
tatis suae nobis potentiam in ipsa in
novatione suae carnis ostendit.
Exuta carne animam nequaquam
iam vitiis hominis aspicit. quia post
mortem non liberat quem ante mor
tem gratia ad veniam non reformat.
beatus david ait. exiit sp̄s eius et
revertetur in terram suam. Tunc
sp̄s p cognitionem reatus sui ad ter
ram consternitur. Cum caro quam
vitam suam credit redire ad pulverẽ
urguetur. Paululum in p̄senti vita
roboratus ẽ homo. quia hic vivendi
vires ad modicum accepit ut in ppe
tuum transeat. ubi eius vita ter
minus non claudat. sed in hac brevi

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0252